

(Lat. 6638, fol. 23v contd.)

✓

letitiam. Unde et in officio misse eorundem vigiliarum  
 festiuissimum alleluia melos intermitimus. sicut aliis  
 ieiuniorum diebus nisi forte dominica dies fuerit & nullo  
 tempore ieiunare. sed semper festinam esse dominice  
 resurrectionis occoritas cogit. Quod utique et praecedentem  
 totius nocte sanctorum afflictioni <sup>comp.</sup> compassionem et  
 sequentem de eorum gloria exultationem dominus in  
 euangelio sub opere mulieris parabolice designat.  
 cum eam parturientem attulit tridari. cum autem  
 peperit inmensum gratulari. Quia enim parturire  
 dicitur ante partum anxiosi. parere autem partum  
 effundere. iure mulier per q̄ sancta figuratur ecclesia  
 cum parturid dolore dicitur. ~~et~~ quia cum filios suos quos  
 fide concepit antequam in eternam vitam pariat  
 diuersis tribulationibus ab impijs impendi conspiciat. languens  
 difficultate pariendo angustiata. magnis doloribus in-  
 gemescit. Cum vero eos quos ita parturierat de  
 huius mundi angustiis. ad celeste pepererit regnum.  
 dici non potest quanto <sup>de</sup> felicissimo filiorum partu tri-  
 pular. Quod primitiua iudaica ecclesia persecutionis  
 tempore itronaliter agebat. sed ea q̄ nunc a  
 Christo iam pace reddita. pia emulatione. sp̄aliter  
 repraesentat. Partos ipse parturitionis eius dolores  
 in uigijs sanctorum. ieiunijs et afflictione carnis  
 immitamus sequentem uero eius iam exire a leuitatem  
 ipsius iocunditate festiuitatis emulamus. Inportunitati  
 iure dulcissime filii. et non ut debui de ut pot. tamen  
 satisfacere instati. q̄quam difficultate questionis  
 cogente uerbosior ~~et~~ positas exiti. Explicit.

①